In Christi nomine. Breve pro futuris et modernis temporibus securitatem ac firmitatem ad memoriam habendam vel retinendam, qualiter infra civitate Pisa, in palatio domni regis, in placito [a] resi-disse [b] domina Beatrix ducatrix et marchionissa hac causas audienda hac deliberanda, residentibus cum ea Uberto, Winitho, Enrigo, Ugo, Signorecto, Lamberto, Ildibrando et alio Ugo iudicibus, Ugo, Sesmundo, Winizo, Bernardo causidici, Wido, Currado notariis, Sicheri quondam Matii, Lamberto quondam Speciosi, Rodilando quondam Rollandi, Contulino quondam Pandolfi, Rodolfino quondam Rollandi, Erizo filio Enrigi, Iohanni quondam Widi, Baroncello quondam Hermingardi, Glandolfo quondam Carli, Alcheri quondam Ildibrandi, Leo quondam Rustici et reliquis pluribus. Ibique eorum presentiis venientes Bonitho prior de monasterio Domini et sancti Quirici et sancti Salvatori et sancte Marie et sancti Benedicti de Populonio proclamavit una cum Ugo avocato suprascripti monasterii quod Peregrino da Vignale filius bone memorie ********************** contendit suprascripto monasterii tres petiis de terris, quibus sunt positi in loco et finibus Cornino, una ubi dicitur Piscina Lifredi, secunda ubi dicitur Sancto Fridiano, tertia ubi dicitur Pratale, de quibus suprascripto prior una cum Cunizo abbate suo et de suprascripto monasterio proclamaverunt domine Mattilde. Cum suprascripta domina Beatrix proclamationem audisse [b] per fustes, quas in suis detinebat [c] manibus, investivit cum consilio iudicum suprascripto priore una cum suprascripto avocato suo pro suprascripto monasterio de suprascriptis tres petiis de terris, et insuper misit bannum domni regis super predicto priore et super iam dicto avocato suo et super predicto monasterio in bisantios aureos duomilia, ut nullus quilibet homs, magna parvaque persona, eodem monasterio de predictis rebus sine legale iudicio disvestire presumat. Qui vero fecerit, predicti duomilia bisanteos aureos compornituro se agnoscat, medietatem regali camere et alia medietatem suprascripti monasterii eiusque rectoribus. Hoc factum est anno dominice incarnationis millesimo septuagesimo .VI., idibus martii, indictione quarta .X. Quidem et ego Erimundus notarius

(a) *B* placido (b) *Così B* (c) *La* n *è di forma maiuscola e corretta da* oi

domni imperatoris ex iussione suprascripte domine Beatrix seo iudicum ammonitione scripsi. Winitho regis iudex interfui et subscripsi. Henricus iudex sacri palatii interfui et subscripsi. Lambertus iudex sacri palatii interfui et subscripsi. Ugo iudex sacri palatii interfui et subscripsi. Teodericus iudex sacri palatii interfui et subscripsi. Ugo causidicus ibi fui et subscripsi.

437.

1076 marzo (1–24) « intus burgum Martuli ».

Nel placito tenuto da Nordillo messo di Beatrice duchessa e marchesa e da Giovanni visconte, viene decisa a favore di Giovanni avvocato del monastero di S. Michele situato nel castello di Martuli e di Gerardo preposto del medesimo la lite che essi avevano con Sigizone da Firenze a proposito di alcune terre e della chiesa di S. Andrea situate sul luogo di Papaiano e che erano state cedute al monastero dal marchese Ugo, al quale a sua volta erano state cedute da Vuinizo figlio della buona memoria di Ugo.

Originale alquanto guasto da fori quasi circolari al centro della pergamena in corrispondenza delle righe 1, 6, 11, 16, archivio di Stato in Firenze, Diplomatico, Spedale di S. Bonifacio [A].

DELLA RENA-CAMICI, *Serie cronologico-diplomatica degli antichi duchi e marchesi di Toscana*, ed. Cesaretti, Tom. III, N. 1, p. 78, n. XIX, — MACCIONE, *Congetture di un socio etrusco ecc.*, p. XXXIII, con un facsimile delle righe 12 e 13. — SAVIOLI, *Annali Bolognesi*, I, parte 2ª, 123, n. 73, all'a. 1075. — FICKER, *Forschungen*, IV, 99, n. 73. — RICCI, *I primordi dello studio di Bologna*, Bologna, 1888, 2ª ed., 107, n. III, da una copia fatta da *A* esistente nell'archivio di Stato in Firenze.

Regesto: HÜBNER, n. 1454.

Il « burgus Martuli » è oggi Poggibonsi. — L'atto, datato secondo lo stile dell'incarnazione detto fiorentino, è anteriore al 25 marzo.

(S) In Christi nomine. Brevis recordazionis [pro futu]ris temporibus ad memoriam habendam vel retinendam, qualiter in

49

Dipl. 22/3/93

presenzia Nordilli, | missi domine Beatricis ductricis et marchionisse, et Iohannis vicecomitis . . . . [a], in iudicio cum eis residentibus Guillielmo iudice, et Pepone legis doctore, | et Rodulfo filio bone memorie Segnori, et Rolando filio bone memorie Rustici, et Aldiberto filio bone memorie Baruncelli, et Stefano filio bone memorie Petroni, et Benzo | filio bone memorie Benzi, et Segnoritto filio bone memorie Boniti, et reliquis pluribus, proclamavit Iohannes advocatus ecclesie et monasterio sancti Michaelis site in castello, | qui vocatur Martuli, una cum prepositus Gerardo eiusdem ecclesie et monasterii adversus Segizonem de Florentia de quibusdam terris et de ecclesia sancti Andree, sitis in loco Papaiano, que | fuerunt Wuinizonis filius bone memorie Ugonis, et ostendi[t cartulam], per quam predicto Vuinizo res [istas Ugoni] marchioni, concessit, et quandam aliam, qua continebatur, | Ugonem marchionem easdem res prefato monasterio dedisse. Huic intenzioni prefatus Sigizo temporis prescriptionem obiecit dicens, inter se suumque patrem predictas res per quadrainta | annorum curricula esse possessas. Quam Sigizonis excepzionem pars suprascripti cenobii [b] allata replicazione infirmavit [c] affirmans, infra prefata tempora huius litis | factam esse proclamationem [d]. Et tribus idoneis hominibus productis, silicet Iohanne predicte ecclesie advocato, et Stefano filio bone memorie Petroni, et Aldiberto filio bone memorie Baruncelli, | dixerunt abatem Iohannem de predictis rebus marchioni Bonifazio, et Guidricum abatem duci Gotifredo et comitisse Beatrici proclamasse; et ita se iuraturos promiserunt. Et insuper | predictus Iohannes advocatus, tactis sacrosanctis evangeliis, iuravit [ut supra]; Stefano quoque et Aldiberto [suprascriptis] iurare volentibus, utraque pars consensit advocati | sacramentum sufficere. His peractis [e], supradictus Nordillus, predicte domine Beatricis missus, lege Digestorum [f] libris inserta considerata, per quam copiam magistratus | non habentibus [g] restitutionem in integrum pretor pollicetur, restituit in integrum ecclesiam et monasterium [h] sancti Michaelis

(a) *Seguono circa 15 lettere abrase o quanto meno guaste che non è possibile leggere.* (b) *La e è seguita da una seconda e abrasa.* (c) *La* v *corretta su* t (d) *A* proclationem (e) *Fra per e* actis *una* l *abrasa.* (f) *La* g *aggiunta in sopralinea.* (g) *La* h *aggiunta in sopralinea.* (h) *La* u *corretta su* o

de aczione omnique iure, quod amiserat | de terris et rebus illis, que fuerunt Vuinizonis de Papaiano, quas ipse Ugoni marchioni tribuit et Ugo marchio in ecclesiam sancti Michaelis contulit. Actum est | hoc anno ab incarnatione domini nostri Iesu Christi septuagesimo quinto post mille, mense marzio, indizione quartadecima, feliciter. Factum est hoc intus burgum [a], qui vocatur | Martuli, prope plebem sancte Marie, territurio Florentino, feliciter.

(S) Addo fidem dictis scribens ego Nordilus istis.

438.

1077 febbraio 17, Piacenza.

Nel placito tenuto dal re Enrico, Guido arciprete della chiesa di Piacenza e il suo avvocato Fulco ottengono il banno regio sopra i beni della canonica di detta chiesa.

Originale, archivio Capitolare di Piacenza, cantonale I, cassetta 5, giudizi n. 13 [A].

Campi, *Hist. eccl. di Piacenza*, I, 519, n. 98.

Regesti: Böhmer, n. 1871. — Stumpf, n. 2797. — Hübner, n. 1456.

Il testo del placito porta delle aggiunte interlineari fatte da mano di poco posteriore, dalle quali si rileva l'intenzione di voler fare avvantaggiare della protezione del banno regio anche la chiesa di S. Antonino. — Su Gregorio vescovo di Vercelli e cancelliere di Enrico IV, v. plac. 1065 luglio 1, Piacenza, n. 418. — Il placito, non ostante sia stato tenuto a Piacenza, dove era in uso lo stile dell'incarnazione, fu datato secondo lo stile usato nella cancelleria del re, cioè secondo lo stile della natività. Erroneamente una mano del sec. XVIII lo datò « 20 febb. 1078 ».

(S) Dum in Dei nomine suburbium civitatis Placencia, in via publica ipsius suburbii, in iudicio ressidebat domnus tercius | Henricus rex ad iusticias faciendas hac deliberandas, residentibus cum eo Gregorius Vercelensis episcopus et cancelarius predicti domni re|gis

(a) um *correto su* o